

condit. instit. d. l. Scævola. ad Trebell. Sivè in partem, quod enim Juris obtinet in toto, idè & in qualibet ejus parte, *l. quæ de tota. 76. de R. V. arg. l. Jurisgenitium. 7. §. adeò autem. 6. & ibi Jason ff. de Pact. Gail. 2. obs. 69. n. 6. Zang. tr. de Except. cap. 2. par. 3. n. 39. Gylm. Symph. tom 2. par. 1. vot. 1. punct. 2. n. 23.* Sive etiam in rem certam, *Bocer d. Cl. 2. Disp. 6. tb. 14. lit. c.* nisi forte legatarii loco Institutum istum esse intelligamus, *jux. l. quotiens. 13. ubi Alex. C. de her. instit. Vasq. de S. P. §. 30. n. 21.* aliàs namqve & Particularis Institutio, vera Institutio est: non modò cùm quis solus in re certâ heres instituitur, *l. 1. §. si ex fundo. 4. & l. si ita. 74. de Her. Inst.* Sed etiam cùm aliquis coheres datur alii, qui similiter in re certâ est heres institutus, *L. quotiens. 9. §. si duo. 13. & L. seq. ff. eod.* (unde & talis de re particulari institutio facta filio in Testamento non potest adimi nec revocari in codicillis, *Sim. de Præx. de J. II. V. lib. 2. fol. 10. n. 20.*)

Ratio horum est, ne confundantur Jura Testamenti & Codicillorum, *§. Codicillis autem 2. J. b. Sichard. ad rubr. C. eod. n. 2.* sed ut differentia servetur, *L. si idem. 7. C. eod. tit.* Imò ne per Codicillos, qui ex Testamento valent, ipsum Testamentum, quod vires per Institutionem heredum accipit, confirmari putetur, *l. quod per manus 10. ff. b. add. l. si ei. 2. §. hereditas. ff. eod. L. quidam cùm Testamentum. 5. §. sed & cùm veteres. 1. C. de neceß. serv. hered. Donell. lib. 7. Comm. J. C. cap. 19.*

Exinde facilè relucet: Quòd si quis in sua ultima voluntate directè heredes instituat, substituât, aut aliud aliquid agat, quod Testamentariis tabulis magis conveniens est, quàm Codicillaribus, utputa, Filio exheredato, alienas successiones præferendo, *Arism. Tapat. in Compend. Decis. t. 596. c. 6. rub. vel non, pr.* Illum non Codicillos, sed Testamentum facere voluisse, quamvis ultimam istam voluntatem enunciativè Codicillos appellitaverit, *l. illud etiam. 13. in f. ff. b. L. non Codicillum. 14. ubi Alex. & Jason. C. de Testam. L. si idem. 7. C. b. Menoch. lib. 4. præf. 3. n. 1. & seq. Sim. de Præx. de J. II. V. lib. 2. fol. 10. n. 3. & seqq. Tusch. tom. 1. lit. c. concl. 406. n. 27. Reusn. tr. de Codic. c. 11. n. 8.* Sicuti **contrario** ista scriptura, quæ saltem Legata & Fideicommissa complectitur, tantùm pro Codicillis habetur, etiamsi à disponente, adhibitis septem Testibus, Testamentum vocata fuisset, *l. ult. ff. de Codic. Menoch. d. l. n. 5. Bocer. d. Disp. 15. tb. 15. Reusn. d. l. n. 9.* Quippe cùm qualitas actus agentis intentionem demonstrat, & faciat, ut non judicetur à nuda demon-